



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De quatuor satellitibus quibus vtitur vitium Gulæ. Pars III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

requirit & inconsumpta. Quarta, cum pretiosa vel sumptuosa, nō habens etiam respectum ad hoc quōd sint magis saporosa.

De quatuor satellitibus quibus vitur vitium Gulae. PARS III.

Dlecto de speciebus huius vitij, cōsequenter dicendū est de quibusdā satellitibus, quibus vitur vitium istud: quæ quatuor sunt præcipuè. Primum est ambitio, de qua dicit Sapiens: Non magno nobis constat fames, sed ambitio. Maiorem partem eorum quæ expendunt superbi, faciunt ad pascendū oculos hominum. Sed si nullus hoc deberet scire, ipsi quandoque non expenderent decimā partem eorum, quæ expendunt. Alia tria sunt, ciborum delectabilitas, siue sit ex generibus ciborum, siue ex modo præparandi, & ciborum varietas, & qualitas.

De octo remediis contra vitium Gulae. PARS IIII.

Sequitur de remediis cōtra vitium istud, quæ octo sunt. ¶ Primum est sermo diuinus. Hoc remediū docet nos Dominus Matth. 4 vbi dicit diabolo tentanti ipsum de vitio gulae: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Et Greg. Frequens sumptio cibi spiritualis interdū inducit contemptum & obliuionē cibi corporalis. ¶ Secundū remediū est moderata occupatio. Hoc remediū insinuat nobis Salomon in Proverb. 21. Desideria occidunt pigrum noluerunt enim quicquā operari manus eius: tota die concupiscit & desiderat. Homo otiosus patitur famem vniuersalem. Aures enim eius esuriūt rumores, oculi vanitates gula cibos: sed occupatio in magna parte sedat famem istā. Mallent autē specialiter hæc duo remedia, ad hoc ne homo horā præueniat, vel ne nimia sollicitudinē de cibo sibi præparādo habeat. ¶ Tertiū remediū est, elongatio ab his qui dant occasionem excedendi in cibo vel potu, sicut est delectabilitas, vel varietas, vel nimietas ciborum. Licet enim illud quod legitur Eccles. 21. Quasi a facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad ea, suscipiet te: videatur generaliter dictum de omni peccato: specialiter tamen hoc referri potest ad illa peccata in quibus tentat suauitas vel voluptas. In illis enim in quibus aduersitas tentat, melius potest expectari conflictus: vnde non est securum accedere ad mentem, vbi nimia, vel varia, vel delicata sunt apposita homini, qui vult curari ab hoc vitio. Hoc insinuat nobis Genes. 3. vbi sic legitur: Vidit mulier lignum quod bonum esset ad vescendum, & pulchrū oculis & delectabile aspectu, & tulit de fructu illius & comedit. Vnde dicit Gregorius: Non licet intueri quod non licet cōcupisci. Et Esa. 28. loquēs de flore gloriae exultationis, di-